



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Ex corporis vitio, seu defectu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Ex corporis vitio, seu defectu.

1. **S**I quis culpa sua amisit mēbrum aliquod principale: quale non est digitus. Quod si res est occulta, dispensat Episcopus.

*Vide Sayr. c. 7. Nau. à n. 198. Viu. à nu. 129.

*Sayrus l. c. à n. 9. Digitus } vide ex illicita deformitate n. 3. Tol. l. 1. c. 27. n. 4.

2 Item si quis etiam sine culpa careat membro, vnde celebratio impeditur, vt si digitis careat, quibus cruces fiunt. Quòd si iam est ordinatus, poterit ea facere à quibus non impeditur, vt absolueret.

*Vide Sayrum l. c. & l. 6. c. 15. à n. 11. Nau. l. c. n. 200. Quod si } Vial. de Irreg. num. 139. Nau. l. c. Sayrus c. 8. n. 7.

3 Item qui oculo aliquo caret, aut visu oculi sinistri, sic vt turpiter seu deformiter cogatur ad librum verti.

*Lege Sayrum c. 8. nu. 5. 8. & c. 15. n. 14. Conar. de homic. 3. p. initio n. 8.

Nau. n. 199. Maiol. de oculis. l. 1. c. 20.

4 Denique qui Episcopi iudicio non potest nisi deformiter celebrare, talis autem non censetur claudus qui sine baculo potest celebrare, sed & id Episcopus viderit.

*Vide Sayr. c. 8. nu. 12. 14. Claudus } Sayr. l. 6. n. 22. Nau. l. c. Episcopus } Nau. n. 200.

5 Dispensat in prædictis solus Papa.

*Dispensat) Nau. n. 202.

Ad hanc irregularitatem pertinet etiam.
 1 Si quis sit illegitimus etiam occultus nisi legitimetur. Quidam tamen negant occultū esse Irregularē: certē nec matri id dicenti credere tenetur. Potest verò Episcopus dispensare ad Ordinem minores, & vnum beneficiū Simplex, & ad vsū ordinis bona fide accepti, & cum eo de quo dubitatur an sit legitimus, & cum exposito.

Si quis) De illegitimis *Nau. 201. Vinal. à n. 108.*
Maiol. l. 1. à c. 4. Sayrus c. 10.

* Certē) *Maiol. l. c. c. 7. n. 3.*

Potest) *c. 1. & 2. de fil. presb. Vinal. nu. 127.* De illegitimos dispensatione multa *Sayrus l. 6. c. 11.*

2 Si quis careat ætate legitima ad Ordines, solusque Papa potest dispensare, vt ordinetur; nam cum ordinato ante ætatem, cum fuerit impleta ætas potest dispensare Episcopus. Ego verò puto tunc non esse opus dispensatione super irregularitate, si ad illud vsq; tempus Ordine non fuit vsus: est enim potius suspensus talis, quam irregularis, ob susceptum Ordinem. Vide SVSPENSIO. Vtunque autem sit, sufficit Episcopi dispensatio, seu Absolutio, si delictum est occultum.

* De ætatis Irregularitate *Nau. nu. 202.*

Maiol. l. 1. c. 3. Sayrus c. 12. (Papa) Nau. l. c.

3 Si quis morbo laboret deformitatem, seu scandalum afferente in vsu Ordinis, vt lepra,
 comi-

comitali morbo, aut sit dæmoniacus, solusq; Papa dispensat. Quòd si iam ordinatus est leprosus, potest celebrare vbi non est scandalu. Qui dæmoniacus, aut caducus, aut furiosus, potest, cum cessauit diu morbus, celebrare. Quidam tamen requirunt plenam sanitatē.

*De morbo multa Maiol. l. 2. c. 18. & deinceps, Sayrus c. 9. Vide Nau. n. 203.

Qui dæmoniacus } Nau. l. c. Maiol. l. c. 15. Sayrus l. c. n. 14.

4 Hermaphroditus, qui tamen, si præualeat sexus in eo virilis, potest dispensante Papa ordinari.

*Hermaphrod. } Nau. l. c. Maiol. l. 1. c. 27. Vin. n. 136. Sayrus c. 8. n. 25.

Ex defectu anima.

1. **C**Vi deest scientia requisita à Concilio Tridentino, quibusdam est Irregularis, alijs non est; modo legere sciat, & scribere. Potest quidem in suscepto ordine idiotam ministrare dispensante Episcopo.

*Vide Sayrum. c. 13. Maiol. l. 1. c. 32. Nau. 205. Vinal. num. 35.

*Trid. sess. 23. c. 4. de reform. & c. 11. 13. 34. Nau. num. 105.

2 Hæreticus, & hæretici fautor si sit notorius, aut per sententiam condemnatus; item filius & nepos mortui cum hæresi manifestè, vel cum hæresi mortuæ filius. Vide Hæresis. Potest

Potest t
Ordine

*Maiol
Vide l. 1.

Potest

autem a
3 Neop

conuer
Dispen

*Vinal
ni multa

Neophy
ficia ad

disciplin
recens re

nensem
Dispe

Ex def

1. Q Vi

qu
defenno

distinctu
*De hac

mer. 206.

Post ba
10 licet q

officiun
2 Quidam
aut patre